



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Decollatio S. Ioannes Bapt. 29. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

hominibus confabulari consueffent. Mensa epulæ frugalis erat, & vasis vel ligæis vel testaceis superba, quoslibet hospites admittebat, si illos excipias, quos ascripti hi versiculi proscribent:

*Quisquis amat dictis alienam rodere vitam
Hanc mensam veritam noverit esse sibi.*

Supremum æger Davidis carmina, quæ à penitentiâ nomen habent, parietibus cubiculi inscribitivoluit, interque earum commentationes mortem sanctissimè obivit, & Ecclesiæ hereditatem amplissimam eloquentiam suam & profundissimam doctrinam reliquit; illud puto juvenuti legavit, quod in libr. XXI. de civit. Dei c. 8. narrat; matrem scilicet filios immorigeros diris devorasse; vota cælum audisse, & illos vagos, & horrendæ omnium membrorum concussionem tremebundos orbem pererrasse; ex his denique duos ad aram D. Stephani sibi redditos esse. Superi! si improba mater in improbos filios tantum potuit, eheu! Mariani, quid in immorigeros MARIA MATER poterit! Ex vitâ & ipsius D. Augustini libri.

Se terrenos parentes tanto affectu diligimus, qui parvo tempore pro nobis sustinuerunt labores, quæ celestis pater magis amandus est, qui pro nobis crucifixus est? Nam quidquid parentum nostrorum circa nos fuit obsequium, ejus est beneficium. S. Aug. l. de salut. docum.

DECOLLATIO S. IOANNIS BAPT.

29. Augusti

Natalitias hoc die Herodes epulas dedit, quæ rectius funebres vocabimus. Aut enim mulas, aut istas sol fugit, quas sanguine humano beati nimium nobili crudelitas condivit. Nam cum ad reliquas mensæ illecebras filia etiam accessisset.

29. Aug.
Mensa epus
el testacei
si illos ex-
ebant :
vitanis
bi.
quæ à pa-
culi in ci-
ones mor-
eredicatem
profundissi-
venturi le-
c. 8. narra-
is devotus
& horren-
em bundos
s ad aram
si improba
t, eheu
A. MATA
si libri
gimus, qui
ores, non
vobis cri-
nostrorum
m. S. Aug.
BAPT.
edit, quæ
enim nul-
mano heal
m eum ad
cessit. &
salu.

30. Aug. VITA SANCTORVM. 428

salu leviculo terram plausisset, ecce tibi præmium
pedes caput maximi vatis IOANNIS abstulerunt.
Nec satis erat, per mensam tam delicatam fercu-
lum ambulare, & oculorum gulæ facere satis. Ex-
traxit conjux adultera palato suo linguam (illam
gratissimam Suardæ sedem) & mille nunc convitiis,
nunc acu mille locis fodit scelestâ. Sed profectò
pessimè acu rem tetigit. Nunquam enim magis
viva etiam crudelitatem Regis, quàm tunc fuit
locuta, & meritò deinde divinum VERBUM loquẽ
tyranno renuit, ejus vocem decollaverat. Ipsa
saltatricula pœnas si feras, serias certè luit, quando
astrictas gelu aquas transiens, ruptâ sub pedibus
impiis glacie, abscindendum crustis caput dedit,
etiam tunc portentosum in modum subsiliens. &
choreas, quibus viva assueverat, mortua etiam
continuans, manifestum omnibus mortalibus do-
cumentum, quàm non multo saltu opus sit, ut in
orcum devolvamur. At dicet non nemo: Ergo nec
odiosam pede calcare terram non liceat? imò verò
calcanda illa est, & pede utroque, sed graviore, &
cui cælû, non orcus arrideat. Ex Bar. & Martyrol.

*Si Ioannes tantus, Ioannes talis, tantâ eremo se-
paratus à feminis, seminarum pericula non evasit,
quis est, qui inter feminas vivens evasurum se sine
labore maximo, maximâ sine cautione confidit, nisi
qui sancto alitur spiritu? S. Chrysol. serm. 2. de
Decoll. S. Ioann.*

S. BONONIVS ABB. 30. Augusti.

Optima Philosophiæ pars est mortis medita-
tio; hæc BONONIVM puerum mundo mori
docuit, quâ quidem morte ad vitam nihil est sa-
lubrius. Hinc Ægypti deserta petiit tantamque
sanctorum civium frequentiam invenit, ut in
solitus.